

GRATÆ MENTIS
T E S S E R A,
ILLVSTR: AC MAGNIF: DOMINO,
D. MICHAELI

A D Z I A Ł Y N
D Z I A Ł Y N S K I,
CAPITANEO KISZAWIENSI,
Sac. Reg. Maiest. A V L I C O, &c. &c.

Inter festiuos Amicorum benè precantium applausus,
dum luce

Excellentissimo Militiæ Cœlestis Duci ac Principi,
D. MICHAELI ARCHANGELO
sacra

Natalem celebrando rememoraret diem;
in vim

Voti solennis summissa cum veneratione nuncupati,
ac debite gratiarum actionis,
pro eximijs benefactis, cum alijs, tom præcipuè in Beneficij
Sokolovvientiſſis collatione ſibi præſtitis,

P E R
M. ANDREAM STANISLAVM SAXECKI,
*Philosophia Doctorem, ac in Alma Vniuerſitate Cracouiensi inter Col-
legas Minores Professore,*
cum votiua acclamatione
E X H I B I T A.

Anno à Partu Virgineo, M. DC. LXVII. 111 Calendas Octobres.

In
pervetustum Insigne
ILLVSTRISSIMÆ DOMVS
DZIALYNIANÆ



*Non aptè tantum septem Miracula Mundi
Constituuntur, cum plura referre licet.
Quod superest igitur? populi, quicunque sagittas
Gestant, ut noceant, conglomerare solent.
Ut nullus mos sit prodesse, at obeſſe, sagittis:
Sola habet, ut proſit, DZIALYNIANÆ DOMVS.
Ergo niteſce diu in terris, ô cara SAGITTA,
In dextra poſthac Arcitenentis eris.*



XVII - 7516 - III
Casimirus de Tęczyn Tarlo, Palatinides
Sendomiriensis, Philoſ. Auditor.

GRATÆ MENTIS
TESSER

Fastidioso silentij carcere,
Fœcundum votorum artificem Amorem,
vbi redamantis Corculi potiatur obiectu,
nescire detineri,
ac si in generalibus Sapientum comitijs ea res definita foret;
luce meridiana clarior habetur;

ILLVSTR: AC MAGNIFICE DOMINE.
Nempe

Iniquum tunc Angeronæ litare taciturnitate,
cùm, Mens eximijs benefactis obstricta,
festiua applaudentis lætitiæ documenta expanso gestare fir-
rigoroso compellit mandato.

Desistes proinde mirari,
ô Mecænas comprecantium fausta affectibus stipare!
Et meam Calliopen vmbriis opacis nonnisi assuetam
in splendidum Tuum conspectum
per medias Satellitij Aulam Tuam circumfidentis phala-
prorumpere intrepidam:;
cùm apprime animaduernerit,

Æquissimum sui æstimatorem, rei literariæ Amorem,
in Tuo generoso pectore domicilium sibi delegisse.

Adeò vt

cùm multa sint, quæ illa in Te contempletur & amet,
Non pauca, quæ attonita stupeat & colat,
Innumera, quæ summa cum obseruantia veneretur,

Stius tamen præcipuè magnetis vi amicabili demulceatur.

Ac equidem

Quidni præcelsum Illustris Tuæ PROSAPIÆ fastigium
exhibeat Te, Illustr: Dne, latè patenti Orbi venerandum?
Ceu genuinum illorum DZIAŁYNIORVM furculum,

Qui

Feruidi Diuûm effigies ac templa tueri,
Solertes arma tractare, periti ardua quæque superare,
Gnari victorijs potiri, edocti ducere triumphos,
ad pernicia incrementa persæpe Poloniæ insignia apporta-
uere adiumenta.

Ita vt

quot hinc productos vidit Orbis Polonus Antistites, tot habuit
Aarones pro Domo DEI zelantissimos;
quot habuit Palatinos, tot numerauit Thrasymbulos boni publici
studiosissimos;
quot numerauit Castellanos, tot calculauit Decios pro salute
patriæ in medium discrimen ruere præpetes;
quot computauit Terrarum Iudices, tot coluit Ripheos æqui
iustique seruantissimos;
quot excepit Exercituum Duces, tot fouit Archidamos, Cono-
nesque bellandi peritissimos;
quot complectebatur Ciues, tot nutriuit Cleophantos, ferri con-
temptores, libertatis propugnatores, clarissimos Togâ, Sa-
goque heroes,
præclare gestis Iliadem Homericam expleturos.

Quanquam hæc quorsum?

m, quemadmodum ex ungue leo, ex pollice gigas cognoscitur,
velex

vel ex vnico Te amplitudinem STIRPIS Tuæ liceat coniectare
Scilicet

Tuo heroico pectori tantum Natura & Ars inclusit ornamentorum
Quantum

Nec aurei prodigus aluei Ganges auaræ Tyro deproperat electri
Nec rubra collibus India ditibus specubus effodit auri.

Nec mirum,

Siquidem cereâ in rectum facilitate præditus,
statim cū primo ætatis flore õnes honesti formas auidè capessens
vnamquamque ætatem suis discriminâsti ceris.

Pueritiæ enim Tuæ,

Exosæ humi serpere, occupari ludicris ac leuibus,
indecori nihil intriuit vernilitas.

Gemmantem autem adolescentiam sic exegisti,
Vt, excellens ad alta per ardua enitentis ingenij robur,
cunctos, qui Te tunc contemplabantur, erigeret
in spem amplissimam.

Quippe ratus cum Corinthijs,

Patrium esse Virtutem laboribus parare,
ad optima quæque pleno ferebaris impetu:

Nouo in dies in Virtutem insurgens adnifu,
donec innatam naturæ bonitatem honesto roborares.

Vnde haud graue fuit

Auido quàm plurimorum in omnem vitam præsidiorum;
etiam inducias cum laribus paternis ad tempus facere,
in peragrandis exterorum oris immitia incommoda perferre,
studio prudentiæ, amore experienciæ comparandæ.

Et profectò

Vidit Te Germania, vidit Vtrumque Belgium, vidit Italia,
Non inaniter operam sumptusque expendentem,
sed passim laudabilia visa & audita coacervantem,
eaque in succum ac sanguinem convertere annitentem:
atque sic conversantem,

non patriam virtutem exueres, non peregrinorum vitiorum
vices referres, sed cum lasone aureum dexteritatis vellus
reportares in patriam.

Vt certe

Eximia est Tua in Cælestium amorem pietas,
inquisita circa Divini cultus propagationem sollicitudo,
Mascula in moribus grauitas, præstans prudentia,
in consilijs expromptus, efficax factis, ad repentina imperterritus,
versus paratus, velox, agilis, nihilominus constantiæ & gravitatis
servantissimus;
genij acumè, venusta eloquij suavitas, eminens literarum possessio.

Hinc

Quoties, publicos Equestris Ordinis Conventus adis,
Quoties Nuntij terrestris munere perfungens,
in Centuriatis Comitibus recta in commune consulis,
non secus ac Amphion aliquis attentè audiris.

Vt experientia Tuo doceat exemplo,
etiam alumnis suis venerandam quandam Maiestatem conciliare
Isti autem sic Te ancillari manifestum,
gratiam eius, inter multiplices curas, negotiorum diuidens,
ad eruditarum mentium lucubrationibus succursus libenter
horas impendas.

Id verò quàm bono fiat proventu,
idissimæ ex antiquitate historiarum, rarissimæ observationes,
gravissimæ

grauissimæ sententiæ, omnigenæ indices sapientiæ enarrationes,
quibus in colloquendo vteris, inuunt.

Immo virtutem ac doctrinam etiam in alijs amans,
Domum Tuam Religiosorum domicilium, ingeniosorum
gium, literatorum asylum & receptaculum effecisti
Borisi Ferrariensum Principis exemplo.

Quippe

Inter alia, quæ in mente Tua coruscant, decora,
Humanitatis, benevolentiae, affabilitatis, munificentiae,
tam studiosus cultor es,

Vt libenter & amicis difficultate pressis auxiliaris,
& clientibus operam Tuam implorantibus opituleris.

Ac veluti sub Cimone philosopharêre,

Amarum reputas assidere mensæ amicis in circuitu destitutæ.

Nisi id forsitan non mirandum in Te videatur propterea,
Quod, vt Themistocles Miltiadis trophæis è somno excitabatur,
sic Tu auicis paternisq; virtutum ac meritorum simulachris abundes,
quibus ad indefectum heroicorum factorum exercitium stimuleris,

Et sanè

Refulgent in Te præclarissimæ dotes illæ,

Quibus elaruit ille Clientum Pater, vel ipsa corporis dignitate & vultu
sui gratiam alliciente memorandus,

ILLVSTR: ac MAGNIFICVS DOMINVS,
D. N I C O L A V S D Z I A L Y N S K
carissimus ac Nestoreis annis dignissimus Progenitor Tuus.

Qui etsi iam mortalem vitam deseruisset,

in Te tamen ac Illustrissimis & Magnificis Dominis,

D. STANISLAO PALATINO Mariæburgensi.

D. IOANNE CAPITANEO Pokrzywnensi,

D Z I A L Y N I I S

dilectissimis Fratribus Tuis

Immo

uiet in longam annorum seriem in Vestrorum Natorum Natis,
& his, qui nascentur ab illis,

Propagaturi perennes gloriæ laureas,
à Vobis, Sarmatici Attilij, sub tempus belli Suetici
opum iacturâ, & vitæ discrimine comparatas.

Quanquam

Nectent immarcescibilem Coronam Tibi,

Illustr: ac Magnif: Domine,

Numerosa Tua benefacta lautè profusa in clientes.

Quorum cætui sic me adlectum gaudeo & glorior,
vt, antequam Tibi innotuissem, beneficium Te sensissem,
&, vbigratiam Tuam interpellare sum exorsus,
Mecænatem, Patronum, Fautorem inuenerim.

Quem

e ipse Vniuersi Moderator, rerumque humanarum Arbiter, Deus,
vt per sublimium in Republica honorum fastigia ducat,
ac annorum quàm plurimorum multitudine præstet diuturnum,

Cum ILLUSTR: CONSORTE, Lætiissimaque SOBOLE,
ad Patriæ decus, Familiæ splendorem, clientum solatium,
& hac ipsa luce dicata Tuo TVTELARI

MICHAELI ARCHANGELO,
cuius festiuam solennitatem cum appreciatione omnimodæ
felicitatis Tibi gratulor,

submissa Æterno Numini nuncupo vota,

& continuò me nuncupaturum,

stipulata pro me pollicetur manu

hæc ipsa,

quam à Te sereno vultu excipi desidero,

GRATÆ MENTIS

T E S S E R A.

